

416



8no. 4.

SVMMA LEGVM AC STATA  
DE NORIMBERGIA

Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text appears to be organized into sections or chapters, with some headings visible but difficult to decipher due to fading and bleed-through.

4

4

4, 57



# SVMMA LEGVM AC STATVTORVM ACADEMIAE JENENSIS DE MORIBVS ET STUDIIS SCHOLASTICORVM.

**O**mniū virtutum maxima, maximeque necessaria est vera *Pietas* ac *DEI* invocatio; quippe radix cæterarum, rectrix vitæ, & præsidium in hac miseria humana præcipuum. Hujus doctrinam *DEVS* vult omnibus hominibus notissimam esse, & in quotidianis vitæ periculis ad usum transferri. In hac igitur singuli Scholastici multam operæ ac studii ponunt. Nec modo privatim hanc virtutem exercent, sed etiam publice in templis sua vota gemitusque cum Ecclesiâ conjungunt. Blasphemiis penitus abstineant; nec quidquam moliantur, scribant, faciantve, quod veræ religioni Christianæ, puroque *DEI* verbo, aut ejus præconibus ac doctoribus, dedecori, contemptui, noxæ esse, vel dissensiones excitare possit. Quod si quis congressus & societatem Ecclesiæ fugiet, doctrinamque divinitus traditam aut omnino aspernabitur, aut partem ejus flagitiosè ac pertinaciter corrumpet, in Academiâ ne feratur.

II. *Rectori & Professoribus*, tanquam alteris parentibus, *obedientiam* sine murmure & contumacia; omnemque honorem, observantiam, & gratum animum præstanto.

III. Hujus obedientiæ ut exstet testimonium, sciaturque, qui & undè in Academiâ venerint, quotquot societatem nostri agminis expetunt, *intra proximum ab adventu suo triduum*, nomina sua coram *Rektore* profitentor, Albo studiosorum inscribenda: seque bona fide Fundatoribus Academiæ fideles, *Rektori* dicto audientes, legibus obtemperantes fore, nisi minores annis *XIIX.* aut illustri prosapia orti sint, juranto. Qui non fecerit, ne toleretur in oppido, convictusque & habitatio illi denegetur; ac, si quid commiserit, eo gravius puniatur. Si porro detrectaverit obsequium, magistratui oppidano tradatur. Harum vero ditionum subditi, nisi docuerint, aptos se studiis Academicis judicatos, ne recipiantur.

IV. Utque advenientium profectus in studiis explorari, & quæ cuique lectiones audiendæ essent, indicari queat, qui nondum alibi *ritibus* *Depositionis* initiati, nec aliquo gradu Academico ornati sunt, more majorum, antequam in numerum studiosorum recipiantur, hoc ritu initiuntur, & à Professorum uno pluribusve in eorum studia profectusque inquiratur. Qui verò jam initiatos se ferunt, idoneo id testimonio confirmant. Ni fecerint, ad consistorium vocentur.

V. Quorum ætas tam matura nondum est, ut seipos ac studia sua possint regere, illi, si facultates eorum ferent, *privatos* sibi *præceptores* adseiscunt, inque audiendis lectionibus publicis eorum consilium sequuntur; sin, publicos *Professores*, à *Rektore* nominandos, consulunt, eorumque consiliis ac monitis obtemperant.

VI. Subinde quisque recordetur, debere se, quippe liberalibus studiis addictos, plurimum distare scientiis & disciplinis, virtute item & bonis moribus indies magis proficiant. Quare in hæc omnia cunctos ingenii industriæ que nervos intendunt; contra ea ocium, inertiam, voluptates, lasciviam, petulantiam, & quæ præterea solido profectui bonisque moribus officiant, aut Scholastico nomini ordinique literario dedecus, odium, aut contemptum pariunt modis omnibus fugiunt. Qui studiis non incubuerint, nec ut Studiosos decet, se gesserint, *Rektoris*que & *Professorum* iussa detrectaverint, domum ad parentes, tutores aut propinquos suos, causa ejus rei perscripta, remittuntur.

VII. Proinde *modestia*, vitæque *sanctitati & innocentie* studento; æqualitatem in contractibus colunt, & fidem pactorum pie inviolateque servant; convicia, calumnias, vellicationes, iniurias vitant; suum cuique locum & honorem tribuunt; denique omnibus triumphis hanc victoriam anteponunt, quâ alios humanitate & *invenia* superare studemus.

VIII. *Temperanter & sobrie* se gerunt, comestationes comotationesque fugiunt; nec convivia valedictoria, aliaque in museis instituunt, nec hospites horum quidquam tolerant, nedum adiuvent, aut prandia in cœnas, has in multam usque noctem produci patiantur. Qui juverit passusve fuerit, multa coërceatur, ac, si semel iterumque admonitus non desiterit, ei convictu studiosorum interdicitur.

IX. *Castitatem corporis*, (cujus laude ni sint ornati mores hominis, etiam ethnici poëtæ judicio) sprete, & sine honore jacebunt) constanter tueantur, ac ita regant animos, ut *DEUM* invocare possint; qui cum castissima mens sit, acerrimè odit prohibitas libidines.

X. In *vestitu* quoque & *cultu* gravitatem quandam præ se ferunt, eumque servant modum, ut appareat, eos non modò humana judicium, sed *DEI* quoque & angelorum oculos revereri. Proinde, tanquam togati milites, palliati, præsertim in templo & Auditorio incedunt, omnique leviori habitu abstinento.

XI. *Pacem & concordiam*, ad pietatem, virtutem & disciplinam maximopere necessariam, cum inter se, tum cum civibus colunt; erga peregrinos modeste ac pacificè se gerunt.

XII. Omnes *tumultuum occasiones* vitant, nec cujusquam ædes oppugnant, aut vim iis inferunt; nec in plateis aut alibi tumultuando turbas excitant. Qui fecerit, relegatione, aut etiam, pro delicti modo, graviore poena afficitur.

XIII. Nemo *agros, hortos, vineasque* depopuletur, nec olera, fructus, uvæ rapiunt, sed iis penitus abstinento. Nihil enim foedius cogitari potest, quam ex aliorum detrimentis non modo fructum, sed etiam voluptatem capere. Nec indignius quidquam ordine literario, quam furti crimine se adligare. Qui fecerit, severe punietur, ac damnum illatum resarcire tenebitur.

XIV. *Bombardas*, aut *Sclopeta*, gestare, nisi peregre profecturis, nemini; eadem vero intra oppidum aut in suburbio displodere, plane fas non est. Gestantibus ea adimuntur, multa que aut poena carceris; displodentibus relegatio irrogatur.

XV. *Duella* omnia & *Digladationes*, tam solennes, quàm subitæ & nocturnæ, prohibitz sunt. Partes, nullo personarum discrimine, provocata pariter ac provocans, publice, ac typis descripto ac ad eorum magistratum mittendo programme; si punctim conflixerint, etiam in perpetuum relegentur.

XVI. *Clamores* quoque & boatus illi barbarici tam domi, quàm in plateis & suburbanis, diurnæ item nocturnæque discursationes penitus interditz sunt. Delinquentes carcere, aut, ubi enormius peccaverint aut sæpius deprehensi fuerint, relegatione puniuntur.

XVII. *Bacchanaliorum* ferias larvato schemate, pompaque personata nemo celebrato. Qui id ausus fuerit, publice relegetur.

XVIII. Nemo in *Sala flumine* lavet, natetque: qui fecerit, præter vitæ periculum (quod natantibus imminere, tot tristes suffocatorum casus docent) etiam magistratus animadversionem incurret.

XIX. *Ferarum aviumque venationem* & capturam penitus omittunt; quippe ad regalia Principum, juraque magistratum pertinentem.

XX. *Hospita & musea*, quæ incolunt, ne vastant; si fecerint, noxiam sarcunt.

XXI. In suburbanis neque musea, neque mensam convictumque conducant.

XXII. Faces caute gestent, nec ædibus, nisi extinctas, inferant allidantve.

XXIII. Nemo veteranorum à junioribus ullo prætextu comotationes, convivia, pecuniam, servitia, aut quidquam aliud exigit; nec verberibus, verbis, aliave ratione eos exagitaro. Neque Novitii horum aliquid admittant, nec alio, quàm honesto, & qui veteranis in usu est, vestitu utuntur, neque ullâ ratione Pennalisimum, quem vocant, sonto aut subeunto. Delinquentes, omni *προσωποληψία* seposita, semel deprehensi, publico & typis descripto programme ad aliquot annos; iterum, in perpetuum; tertium, cum infamia releguntur; idque ad Academiâs fœderatas & cujusque delinquentis magistratum perscribatur; ablata cogantur restituere; nec nisi cunctorum Academiæ Nutritorum *consensu* *restituuntur*. Qui vero hæc genus delicti ullo modo commiserit, insperaverit, probaverit; in eum pro ratione delicti, relegatione privata, carcere, aut multa animadvertatur.

XXIV. Atque hæc omnia non modo Scholastici ipsi ne faciunt, sed nec *familis* suis permittunt; Hos a. non nisi *Rektore* conscio ac tales conducunt, qui non sint oneri Academiæ, sed vel studiosi, vel scholam trivalem frequentent. Perulantes & male morati in ædes ne admittantur.

XXV. Recens Academiâ ingressi, ad superiorum Facultatum studia illotis manibus ne ruunt; sed prius ductu Professorum, quibus commendati sunt, quosve *Rektor* illis indicaverit, in studiis Philosophiæ, Inguarum, & Declamationum probe se exercent; nec cathedram disputandi gratia conscendunt, antequam principia disciplinarum animo comprehenderint.

XXVI. Frequens discedentium ex hac Academiâ comitatus, ut periculi damni que plenus, penitus intermitteritor.

XXVII. Nihil typis neque excudatur, nisi à Decano Facultatis, ad quam censura scripti spectat, e jusve Collegis, visum ante probatumque & permissum fuerit.

*Formula Jurisjurandi, us qui matricula Academiæ Jenensis nomina sua inscribi, inque Studiosorum numerum recipi cupiunt, præstandi.*

## EGO N.N. JURO

*Primo*, me fundatoribus hujus Academiæ, *Serenissimis Principibus, Ducibus Saxonie*, neque mediatè, neque immediate detrimentum allaturum.

*Secundo*, me reverentiam habiturum debitam *Magnifico Domino Rektori & Professoribus*, & in regenda disciplina obtemperaturum hujus Scholæ statutis.

*Tertio*, me adhibiturum diligentiam in discendo, dignam persona scholastica, & lectiones mihi necessarias auditurum sedulo.

*Quarto*, injuriam mihi factam consultò nec ipsum, nec per alium me vindicaturum, sed super illa imploraturum auxilium *Rektoris*.

*Quinto*, si quid delinquerem, aut aliquid haberem controversiæ cum alio, me acquieturum in jurisdictione scholastica, & fore contentum sententia *Dni. Rektoris* aut *Senatus*, si is causam cognoscit. ITA ME DEVS AD JUVET;

TYPIS GOLLNERIANIS.

Anno MDCCLXXVIII. d. 7. Decembris.  
Academiæ Jenensis fuerit scripto p. a.  
factam esse D. N. Müntzium B. B.  
Kerchhofen s. Jannam. F. B.  
Lammer G. H. B. B. B. B. B.




M. ACADEMIAE JENENSIS  
SCHOOLASIOGRAM

Faint, mostly illegible text in a historical script, possibly Latin or German, covering the upper portion of the page. The text is arranged in several lines and appears to be a formal document or record.

A large, heavily stained and discolored area of the page, likely representing a significant portion of the original text that has been obscured by water damage or mold. The remaining text is almost entirely illegible due to the extent of the staining.

Vertical text on the right edge of the page, possibly a marginal note or a reference to another part of the document. The text is very faint and difficult to decipher.





# SVMMA LEGVM AC STATVTO DE MORIBVS ETSTVDII



**O**mniū virtutum maxima, maximeque necessaria est vera *Pietas* ac DEI invocatio; quippe radix cœterarum, rectrix vitæ, & præsidium in hac miseria humana præcipuum. Huius doctrinam DEVS vult omnibus hominibus notissimam esse, & in quotidianis vitæ periculis ad usum transferri. In hac igitur singuli Scholastici multum operæ ac studii ponunt. Nec modo propria vota gemitusque cum Ecclesiâ cantantur, scribant, faciantve, quod ac doctoribus, dedecori, contemptus & societatem Ecclesiæ fugiet, tem ejus flagitiosè ac pertinacite

II. *Rectori & Professoribus*, tanquam nemque honorem, observant

III. Huius obedientiæ ut existat quot societatem nostri agminis Rectori profiteator, Albo studioles, Rectori dicto audientes, legibortu sint, juranto. Qui non fecerit, ac, si quid commiserit, eo grauius tradatur. Harum vero ditionum recipiantur.

IV. Utque advenientium predicari queat; qui nondum alibi more majorum, antequam in nuncurum uno pluribusve in eorum sineo id testimonio confirmet.

V. Quorum ætas tam matura eorum ferent, *privatos* sibi præceptum sequuntur; sin, publicos Pæac monitis obtemperanto.

VI. Subinde quisque recordetur scientiis & disciplinis, virtute ites hæc omnia cunctos ingenii indotes, lasciviam, petulantiam, & qlastico nomini ordinique literaroto. Qui studiis non incubuerint, iulsa detrectaverint, domum ac mittuntur.

VII. Proinde *modestia*, vitæque & fidem pactorum pie inviolate suum cuique locum & honorem nuntio, quâ alios humanitate & e

IX. *Temperanter* & sobrie le gelediictoria, aliaque in museis influent, aut prandia in cœnas, has fuerit, multa coërceatur, ac, si interdicitur.

IX. *Castitatem corporis*, (cujus la & sine honore jacebunt) constar cum castissima mens sit, acerrim

X. In *vestitu* quoque & cultu g appareat, eos non modò human tanquam togati milites, palliati, bitu abstinento.

XI. *Pacem & concordiam*, ad pietatem, virtutem & disciplinam maximopere necessariam, cum inter se, tum cum civibus colunt: erga peregrinos modeste ac pacificè se gerunt.

XII. Omnes *tumultuum occasiones* vitant, nec cuiusquam ædes oppugnant, aut vim iis inferunt; nec in plateis aut alibi tumultuando turbas excitant. Qui fecerit, relegatione, aut etiam, pro delicti modo, graviore pœna afficitur.



etiam publicè in templis sua tincant; nec quidquam molidei verbo, aut ejus præconibus e possit. Quod si quis congressomnino aspernabitur, aut parne murmure & contumacia; oin Academiam venerint, quotriduum, nomina sua coram Fundatoribus Academiæ fideinis XIX. aut illustri prospiaque & habitatio illi denegerur; equium, magistratu oppidano diis Academicis judicatos, neque lectiones audiendæ sint, ingradu Academico ornati sunt, oc ritu initientur, & à Professoerò jam initiatos se ferunt, idoffint regere, illi, si facultatesionibus publicis eorum confisulunt, eorumque consiliis is addictos, plurimum distaremanicibus literis, variisque agisque proficiant. Quare inea ocium, inertiam, voluptate moribus officiant, aut Schoriant modis omnibus fugiunt, Reclorisque & Professorumos, causa ejus rei perscripta, reatem in contractibus colunt, ellicationes, iniurias vitant; ophis hanc victoriam antepoque fugiunt: nec convivia vaquam tolerant, nedum adiuantur. Qui juverit passusve terit, ei conuictu studiosorum m ethnici poëtæ judicio spreti, DEUM invocare possint; qui unque servanto modum, ut m oculos revereri. Proinde, dunt, omnique leviore ha